ΑΡΑΤΟΥ ΣΟΛΕΩΣ
ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ

ARATI SOLENSIS
APPARENTIA

M. TVLLIVS CICERO

LATINIS VERSIBVS REDDIDIT

ITALICIS VERO

ANT. MAR. SALVINIVS

Qui Nunc Primum Ex Autographo Bibl. Pub. Marucel.

In Lucem Prodeunt

CVRANTE

ANG. MAR. BANDINIO I. V. D.

LAVR. BIBL. REGIO PRAEFECTO

QVI HVGONIS GROTI SVPPLEMENTA

IN TVLLI VERSIONEM

ET NOTAS ALIQVOT ADIECIT.

FLORENTIAE TYPIS MOÜCKIANIS.

CIↃ. IↃ. CC. LXV.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. GABRIELI RICCARDIO

M A R C H I O N I

FLORENTINAE ECCLESIAE

SVBDECANO &c.

ANGELVS MAR. BANDINIVS

PERENNEM FELICITATEM.

SOlent aliquando athletae, & qui magno cum labore corpus exercuerunt, Subdecane Marchio amplissime, atque integerrime, quieti, ac remissioni corporis indulgere, quo ad futuros labores subeundos, mox robustiores evadant, atque vegetiores.

 Non

Non aliter bonarum artium cultoribus usuvenire saepe comperimus, qui quum in rebus seriis & gravibus contemplandis defatigentur, animum ab iis, sive ad elegantiores Musas excolendas, sive ad res iocosas, & festiviores pertractandas, deflectunt, ut ad novos subinde fetus producendos, ingenium efficiatur perspicacius atque vegetius.

Ego igitur, Marchio eruditissime, maximis laboribus atque aerumnis ad languorem usque toleratis, in contexendo Graecorum Patrum Mediceae ad Divum Laurentium Bibliothecae Catalogo, qui anno proxime praetervecto in lucem prodiit, volui interim, antequam reliqua profanos Graecorum Scriptores complectentia volumina praelo committerem, praeclarum quoddam mentis & animi laxamentum capere.

Quapropter ad veterum aliquot Graecorum Poëmata, additis Codicum Manuscriptorum lectionibus, selectis adnotationibus, Latinis versionibus, atque Italica praesertim celeberrimi Viri Antonii Mariae Salvinii, summa diligentia expolienda, ac meliora reddenda animum mentemque converti.

Ita-

Itaque Callimacho nuper edito, Nicandro, Musaeo, Colutho, & Tryphiodoro, quibus in adornandis veteres rarissimas editiones e Tuo litterario penu liberalissime suppeditasti, en Tuis sub auspiciis Aratus ipse, ob dignitatem ac nominis celebritatem, Divi Paulli testimonio insignitus, collatis in unum celebrioribus editionibus & codicibus, in elegantiorem formam industria mea restitutus, in publicum prodire gestit.

Quod quidem munus, valde Tibi carum, acceptumque non immerito iudicavi, qui me fractum iam viribus, & immodicis sumtibus destitutum, non modo ad hanc provinciam alacriter excolendam saepius incitasti, verum etiam Hugonis Grotii Arateorum Syntagma, quo in hac procuranda uterer editione, frustra a me alibi conquisitum, liberalissime commodasti; Tibi, inquam, qui eximiam doctrinam, eximia cum generis nobilitate, ac morum sanctitate coniungis; qui Maiorum Tuorum, ac Riccardii Riccardi potissimum praeclara decora, ingenii Tui magnitudine, morum ingenuitate, humanitate, modestia, singulari in pauperes cari-

ri-

ritate, Graecae, Romanae, & Gallicae linguae eruditione, in Te uno complecteris, atque immortalibus tot in bonas litteras, & egregias artes meritis auges, atque amplificas; qui praeter domesticam Riccardiae Gentis Bibliothecam (1), *cui pereximium Italiae nostrae decus & ornamentum Ioannes Lamius praeest, alteram Tibi peculiarem, rarissimorum librorum, ac Codicum MSS. ad duo circiter millia insignem ac sumtuosissimam supellectilem ab interitu recepisti, in quam praeterea, ut taceam de varia, multiplici, & selectissima copia omnis generis librorum recentioris aevi, veteres quotquot reperire Tibi datum est editiones, quarum nonnullae in membrana excusae, quotque insuper viri praestantissimi, ac praecipue memoriae numquam interiturae vir Antonius Maria Salvinius Graecos, Latinos, atque Italicos Scriptores studiose congesserat, notisque suis MSS.*

lo-

(1) Huius celeberrimae Bibliothecae historiam praemisit V. Clarifs. Ioannes Lamius Catalogo Codicum MSS. qui in eadem adservantur, edito Liburni MDCCLVI. ex typographio Ant. Sanctini, & sociorum fol.

locupletaverat, avidissime transtulisti; qui denique numismata Pontificum, Imperatorum, Regum, Virorum illustrium mediae praesertim aetatis aurea, argentea, atque aerea, picturas, caelaturas, thoreumata, & omnis generis cimelia Genio Tuo nobilissimo, in magnificis, ac prorsus regiis Riccardiae Domus aedibus dedicasti.

Quum igitur, me, meaque studia incredibili benevolentia prosequaris, & quidquid ad ingeniorum expolitionem pertineat, multumque ad tenebras e bonis auctoribus propellendas conferat, maximi semper feceris, vigilias hasce in Aratum meas Amplitudini Tuae lubentissime dedico. Labores autem ac fastidia, quae in Graecis Poëtis a me adhuc editis, & in hoc potissimum pristinae lectioni restituendo (textus enim Grotianus non paucis scatebat erroribus) sustinui, commemorare non libet, quum nihil umquam quod prodesse possit mortalibus, aut nimis arduum, aut me indignum existimaverim: veterum enim integritatem Scriptorum custodire, eosque quantum fieri potest, puros incorruptosque posteris tradere, magnum semper atque decorum sum arbitratus.

Eia igitur, Marchio eruditissime, exiguum hoc sincerae in Te observantiae meae pignus, lubenter excipe; dumque rem litterariam tam feliciter geris, meis studiis atque honori, nobilissimo Tuo patrocinio consulas, oro atque obtestor; quod erit, quoad vixero, longe mihi gratissimum. Vale, ac diu incolumis vive publico bono, eximium Riccardiae Gentis, & litterarum decus, praesidium, & columen. Vale feliciter.

Dabam Florentiae Die XX. *Mensis Iulii* CIↃ. IↃ. CC. LXV.

DE ARATO SOLENSI

EIVSQVE VITA, ET AETATE.

Phaenomena, & Diosemia huius Poëtae. Interpretes deperditi. Hipparchi, & Achillis Tatii scripta, quae exstant, Aratum illustrantia. Leontius de Aratea Sphaera, & Scholia Graeca edita, atque inedita in Aratum. Ciceronis, Germanici, & Avieni Metaphrases Latinae, quae exstant, & aliorum deperditae. Recentium Metaphrases poëticae variis linguis. Editiones Arati Graecae, Scholiis Graecis, sive ornatae, sive destitutae. Maximi Planudis assumenta, & Criticorum audacia in Arato interpolando. Editiones Graeco-Latinae, & Hugonis Grotii Syntagma Arateorum. Scripta Arati deperdita.

I.

ARATVS Athenodori, & Letophilae F. Solensis e Solis Ciliciae civitate fuit, ut Callimachus, Strabo, & alii testantur, vel ut Asclepiadi Myrleano visum, Tarsensis. Audivit, ut habet Laërtius IX. 113. Menecratem Ephesium Grammaticum, & Philosophos Timonem, ac Menedemum, Dionysium Heracleotem, Perseumque Stoicum, eumdem, cui Acro Corinthum ab Antigono Gonata com-

missam tradit Athenaeus IV. p. 162. & quem cum Antigono fuisse constat e variis Laërtii locis. Hunc in Macedoniam ab Antigono, forte Athenis arcessitum comitatus, Regi, & ipse, poëmate fortassis oblato, in nuptiis cum Phila Seleuci Nicatoris filia celebratis innotuit, & gratia eius inita reliquum vitae tempus apud illum vixit. Regnare coepit in Macedonia Antigonus Olymp. CXXV. $\frac{2}{3}$ ante Christum CCLXXVIII. & praefuit per annos XXXIV. unde de Arati quoque aetate constat, quem professione Medicum fuisse auctores vitae referunt, Grammaticum ac Poëtam scripta testantur. Sed & Mathematicum Aristhoterum ex quorumdam sententia audivit, ut legas in Vita Graecis Scholiis praemissa, quamvis Cicero lib. I. de Oratore, *constat*, inquit, *inter doctos, hominem ignarum Astrologiae ornatissimis, atque optimis versibus Aratum de caelo, & stellis scripsisse*. Fratres habuit Myrin, cui superstes fuit, & defuncto epicedium composuit, Calondam, & Athenodorum, qui primus Zoilo Homeromastigi scriptis se opposuit. Amores Arati perstringit Theocritus Idyllio VII. Apud Antigonum Regem obiisse tradit Suidas, atque adeo in Macedonia. Cenotaphium itaque ei excitatum sit in patria, vel mortui cadaver in patriam fuerit delatum, si verum est, quod Vita inedita apud

Is.

Is. Vossium p. 68. ad Melam, affirmat sepultum Solis; sed & Mela lib. I. c. 13. iuxta Solos in parvo tumulo Arati Poëtae suo adhuc tempore exstitisse narrat monumentum: *ideo*, inquit, *referendum, quia ignotum quam ob caussam iacta in id saxa dissiliunt*. Hinc portentosum Arati sepulcrum dixit Politianus in Nutricia. Confer Leopardum II. 18. Arati effigiem in numis Solensium, sive Pompeiopolitanorum observare sibi visi sunt viri docti, ut videas apud Gronovium T. III. Thesauri Antiquit. Graecar. tabula d. & in Begeri Thesauro Brandenburg. p. 265. ubi Aratus cum lyra pentachordo ac Musa. Aratum prae ceteris magni fecit atque imitari studuit Dionysius μεταθέμενος, teste Laërtio VII. 167.

II. Exstat e scriptis eius Poëma Heroicum celeberrimum ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ, quibus post vers. 722. ΔΙΟΣΗΜΕΙΑ, sive *Prognostica* subiunguntur. Ita enim ad versum οὐχ ὁράας ὀλίγη μὲν, &c. Scholiastes: ἔρχεται ἐπὶ ἄλλο βιβλίον σφόδρα βιωφελὲς, ὃ καλεῖται Διοσημεῖα. Meminit & Suidas singillatim, & Schol. Aristoph. ad Pacem v. 1086. & Vitruvius IX. 7. Scripsit Phaenomena Aratus suadente Antigono Rege, qui Eudoxi Cnidii librum, cui titulus erat ἔνοπτρον, *speculum*, Arato tradidit, & prosaicam Eudoxi Orationem metro condere at-

que ita Eudoxum ἐνδοξότερον reddere iussit. Sic ex Epistolis, quae sub Arati nomine olim ferebantur, auctor vitae a Victorio ac Petavio editae. Sed Hipparchus lib. I. ad Aratum testatus duos fuisse Eudoxi libros, eiusdem fere argumenti, quorum prior ἔνοπτρον, alter Φαινόμενα inscribebatur, addit, posteriorem potissime ab Arato expressum. Φέρεται δὲ εἰς Εὔδοξον β' βιβλία περὶ τῶν φαινομένων σύμφωνα κατὰ πάντα σχεδὸν ἀλλήλοις πλὴν ὀλίγων σφόδρα. Τὸ μὲν ȣ̓ν ἓν αὐτῶν ἐπιγράφεται ἔνοπτρον, τὸ δὲ ἕτερον Φαινόμενα, πρὸς τὰ Φαινόμενα δὲ τὴν ποίησιν συντέταχεν. Vtrumque tamen a Poëta consultum ipse docet lib. II. ἐν πᾶσι σχεδὸν τοῖς περὶ τὰς ἀνατολὰς τῶν ἄστρων, συμφωνȣ́ντων ἀλλήλοις τῶν δύο (Εὐδόξου) συνταγμάτων, περὶ δὲ τȣ̃ Περσέως διαφόρου τῆς ἀναγραφῆς οὔσης, εὐλόγως ὁ Ἄρατος διαπορῶν, ποίᾳ τις κατακολουθήσει ἀποφάσει, ἀμφήριστόν φησιν εἶναι καὶ διστάζόμενον. Sane ex propria observatione non scripsisse Aratum, praeter Ciceronem testatur idem Hipparchus lib. I. Τῇ Εὐδόξου συντάξει κατακολουθήσας τὰ Φαινόμενα γέγραφεν, ἀλλ' οὐ κατιδίαν παρατηρήσας, ἢ μαθηματικὴν κρίσιν ἐπαγγελλόμενος ἐν τοῖς οὐρανίοις προσφέρεσθαι περὶ διαμαρτανόντων τῶν ἐν αὐτοῖς. Quod adeo verum esse notat per librum illum integrum, ut etiam clima ipsum, ad quod phaenomena accom-

mo-

modávit ab Eudoxo Aratus petierit. Χωρὶς δὲ τύτων καὶ τὸ κλίμα τοῦ κόσμου τῷ Εὐδόξῳ ὑποτίθεται ὁ Ἄρατ☉. Καὶ γὰρ ὁ Εὔδοξ☉ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐνόπτρῳ τὸν τροπικὸν τέμνεσθαί φησιν οὕτως, ὥστε λόγον ἔχειν τὰ Τμήματα πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν οἷον ἔχει τὰ ε΄ πρὸς τὰ γ΄. Et lib. II. iterum affirmat eum ὡσανεὶ παραγράφειν τὰ ὑπὸ Εὐδόξου εἰρημένα. Salmasium vero, qui p. 822. ad Solin. non Eudoxum, sed Phainum, vel Metonem fuisse contendit, quem Aratus fuerit secutus, confutat Petavius VI. 9. Auctarii Operis de doctrina temporum. Hesiodi imitatorem iam olim agnovit Callimachus Arato suppar in Epigrammate, de quo vid. Fabric. B. G. lib. II. c. 8. §. 17. & hinc inde notat Grotius in notis. Ζῆλον Ὁμηρικὸν in Arato praedicat Suidas. Ποιητὴν οὐδὲν ἀδοξότερον τοῦ Ὁμήρου, vocat Maximus Tyrius diss. 14. Et Ovidio iudice lib. I. Amor. Eleg. 15. *cum Sole & Luna semper Aratus erit*. Sed ne alia Arati elogia a Barthio lib. I. Adversar. cap. 15. magnam partem collecta heic repetam, non exiguae laudi Poëtae nostro Astrico est, quod Hemistichion eius τοῦ γὰρ καὶ γέν☉ ἐσμὲν, quod versu quinto Phaenomenon etiam num exstat, sanctificare dignatus est Sanctus Paullus Apostolus Arati conterraneus Actor. XVII. 28. ex eo enim petitum illud esse observant post Cle-

mentem Alex. I. Strom. p. 315. Hieronymus Epiſtola ad Magnum, & in Galat. 4. Tit. I. tum Chryſoſtomus, Oecumenius, aliique: licet Euthalius a Zacagnio editus p. 420. ait eſſe Ἀράτου Ἀστρονόμου καὶ Ὁμήρου Ποιητοῦ, & in Cleanthis, qui Athenis docuit (Athenienſes autem adloquitur Paullùs, quum ait ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι) inſigni ad Iovem hymno, quem e Codice Farneſiano Eclogarum Phyſicarum Stobaei, (in vulgatis enim Stobaei libris, etiam in excerptis a Grotio fruſtra illum quaeres) vulgavit Fulvius Vrſinus poſt Carmina IX. Feminarum p. 272. & poſt Vrſinum H. Stephanus p. 49. Poëſ. Philoſ. atque cum eleganti Iac. Duporti Metaphraſi Cudworthus p. 432. itidem verſ. 4. legitur: ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμὲν, & in Pythagoreorum aureis illud notum: θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσι, pro quo eleganter Oppianus V. ἁλιευτ. 7. ἀντωπὸν μακάρεσσι γένος, ad quem locum conſulendae doctiſſimi Rittershuſii notae.

III. Quamvis vero Aratus, iudice Hipparcho, ἁπλοῦς τε καὶ σύντομός ἐστι ποιητὴς, ἔτι δὲ σαφὴς τοῖς καὶ μετρίως παρηκολουθηκόσι: tamen haec ipſius Phaenomena plurimi e veteribus olim illuſtraverant, quorum non pauci nominantur ad calcem commentarii Iſagogici, qui a Victorio p. 117. edi-

editus est sub titulo Ἐρατοσθένους, ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου, εἰς τὰ Φαινόμενα, licet nec Eratosthenis, nec Hipparchi esse constet. Notitiam illorum hoc loco subiiciam ordine litterarum. Ii vero sunt, Agesianax, sive Hegesianax, Alexander Aetolus, Alexander Ephesius, Antigonus Grammaticus, Apollonius Geometra, Apollonius Grammaticus, Aristarchus Samius, Aristarchus Grammaticus, Aristophanes Byzantius, Aristyllus maior, Aristyllus minor, Attalus Rhodius Mathematicus, Boethus Philosophus, Callimachus Cyrenaeus, Callistratus Tenedius, Crates Grammaticus, Critolaus, Didymus Alexandrinus ὁ πόνηρος, Didymus Cnidius, Diodotus, Eratosthenes, Evenaeti duo, Geminus Rhodius, Heliodorus Stoicus, Hermippus Peripateticus, Lasus Magnes, Marianus, Numenius Grammaticus, Parmenides, Parmeniscus Grammaticus, Pyrrhus Magnes, Smynthes, Sporus, Thales, Timotheus, Zeno, Zenodotus. Qui tamen non omnes scholiis vel commentariis perpetuis Arati Poëma illustrarunt, sed quidam ex illis tantum egerunt de Poëta, ut Callimachus: alii, ut Thales, Aristarchus Samius, Geminus Rhodius, Parmenides, & Eratosthenes, scriptis suis Astrologicis saltem argumento, quod persequutus est Aratus, lucem attulerunt.

IV. Hodie exſtant Hipparchi Bithyni, centum prope annis Arato iunioris, in Phaenomena Eudoxi, Arati, & Attali in Aratum commentaria libri tres ad Aeſchrionem, quibus Aratum Eudoxi veſtigia legiſſe, pariterque cum illis Attalum ſaepius a vero aberraſſe oſtendit. Vide quae de Hipparcho ait Fabric. B.G. l. III. c. 5. Achillis Tatii Alexandrini, de quo ibid., Iſagoge in Aratum, in qua de Vniverſi originibus, elementis ac ſphaerae ratione erudite diſſerit. Commentarius inchoatus in Aratum neſcio cuius Auctoris, ſub falſo Eratoſthenis, vel Hipparchi nomine. Alter anonymi Commentarius inchoatus eruditior, praemiſſa *de genere & vita Arati diſſertatione*, qua praeclara nonnulla continentur. Haec quatuor ſcripta una cum Aſteriſmorum deſcriptione, aliiſque ſcriptis primus e Mediceo & Vaticano codice vulgavit Petrus Victorius, latinam quoque illorum verſionem daturum ſe pollicitus, Florent. 1567. fol. Latine primus vertit, & excepta illa, quam diximus, Aſteriſmorum deſcriptione cum ſua translatione, & diſſertationibus copioſis atque eruditis edidit Dionyſius Petavius Ieſuita in Vranologio ſuo, ſive Auctario doctrinae temporum, in quo, & Theodori Gazae librum de menſibus poſt Annum Chr. 1470. compoſitum, alioſque Scri-

Scriptores, adiunxit Parisiis Anno 1630. fol. & Amstelodami Anno 1703. fol. Scholia Graeca in totum Arati Poëma, praefixa Leontii Mechanici dissertatione περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας, & Arati Vita, nescio quo Scriptore, a priore illa, quam a Victorio editam diximus, diversa & breviore. Haec Scholia in editionibus tribuuntur Theoni Alexandrino. Sed recte Grotius p. 24. ad Aratum; *Sciendum est, scholia Aratea non esse unius Theonis, sed & aliorum: nam & saepe idem iteratur, quod Scholiastae facere non solent, & contrariae sententiae inferuntur*. Adde quod in MSS. codicibus longe aliter passim leguntur, ut observarunt viri docti, Salmasius ad Solin. illustris Huetius ad Manilium p. 8. &c. Ineditum Arati Scholiasten adlegat idem Salmasius p. 891. & Bochartus in Hierozoico T. 1. p. 189. Eustathius quoque ad Homerum laudat Arati ὑπομνηματιστὰς & ἐξηγητάς.

V. Latino carmine pridem Arati Phaenomena convertit Cicero admodum, ut lib. II. de natura Deorum testatur adolescentulus: & Germanicus Caesar, & Avienus, atque Hieronymo in 1. ad Titum teste, *multi quos enumerare longum est*. Ciceronis fragmenta sola, at Germanici, quem Rutgersius, atque alii quidam perperam malunt Domi-

mitianum, Metaphrasis integra Phaenomenon cum prognosticorum initio & Avieni Aratus integer exstat, de quibus vide, si placet, quae in Biblioth. Lat. annotavit Fabricius, ubi etiam de Latino, quem vocant Germanici Scholiaste. His Iulium Caesarem adiungere facile erat, nisi videretur metuendum, ne illum pro Germanico Caesare Firmici ac Suidae incuria posuerit. Ovidium e Probo ad Georgica Virgilii addit Barthius x. 21. Adversar. Etiam Manilium in Apotelesmaticis suis Arati quaedam ad verbum transtulisse observat Scaliger p. 54. ad Manil. edit. Argentorat. Sed nec Statii Poëtae pater hoc loco praetereundus, de quo Papinius filius in Epicedio v. 3. silv. v. 23.

.... *notique modos extendis Arati*.

VI. E recentioribus fertur Latina Metaphrasis Nicolai Aleni Essextiani Angli, inter eius poëmata Paris. 1651. 4. Hugonis Grotii, qui fragmentis Ciceronis, quae exstant servatis, reliqua de suo supplevit, in syntagmate Arateorum, de quo infra. Lugd. Batav. 1600. 4. Eliae denique Schedii, eiusdem cuius de Diis Germanorum liber exstat, Gustrov. 1631. 8. Gallico carmine saltim fragmenta Ciceronis reddidit Durerus a Lescaloperio subinde notis ad Ciceronem de nat. Deor. p. 409. seq. reprehensus. Italice Aratum con-

ver-

vertit Bernardinus Baldus, & Ant. Mar. Salvinius: eiusque elegantissima versio nondum in lucem prodierat. Sed iam deinceps Graecas ac Graecolatinas Arati editiones prosequamur.

Graece prodiit

VII. Inter Poëtas Principes H. Stephani, Paris. 1566. fol. sine Scholiis, sed emendate, & typis luculentis.

Cum Leontio de Sphaera & Scholiis Graecis Theonis Alex. Basil. apud Walderum 1536. 4. in hac editione praeter Procli Sphaeram & Iac. Zieglerum de Sphaerae constructione, habetur Planisphaerium Ptolemaei e Rodolphi Brugensis versione & Hemicyclum Berosi, ex Vitruvii IX. 9. explicatum.

Cum Leontio de Sphaera & Scholiis Graecis Paris. 1559. 4. Typis Regiis apud Guil. Morell.

Oxoniae An. 1672. 8. cum Scholiis Graecis emendatioribus, & καταστερισμοῖς Eratosthenis ac Dionysii Hymnis curante Io. Fello, Oxoniensi postea Episcopo. In hac perquam nitida editione, ex altero codice MS. Bodleiano adscriptos videas post v. 470. versiculos quosdam a Maximo Planude, vel alio quopiam minus antiquo insertos, quo Aratum Ptolemaei magis placitis congruentem faceret.

Equidem vetus auctor vitae Arati a Victorio edi-

editae teſtatur olim illius Poëma varie depravaſſe non modo pictores, Grammaticos, & Aſtronomos interpretationibus ſuis, ſed etiam nonnullos truncando, interpolando. Prooemium totum uſque ad verſum undevigeſimum alii plane omiſerunt, & Arati eſſe inficiati ſunt. Alii tale ſcripſerunt exordium eſſe Poëmatis Aratei.

Ἀμφί μοι ἠελίοιο περικλειτοῖο τε μήνης
Ἔσπετέ μοι Μοῦσαι ....

Alii in hanc ſententiam, veluti Anclidi cuipiam inſcriptum:

Ἀγκλείδη ξείνων ἱερὸν θάλος, εἰ δ' ἄγε σύ μοι
Οὐρανίην φαύσειας ἐπὶ τρίβον ....

Vel Antigono Regi.

Ἀντίγονε ξείνων ἱερὸν θάλος .....

Vel denique ſic:

Ἔπταχα σὺν δεκάδεσσι περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Ex his tot tamque diverſis exordiis abunde conſtat, quantum in Arato praecipue ſibi permiſerit Criticorum audacia.

Editiones Graeco-Latinae.

VIII. Cum Ciceronis, Germanici, & Avieni Metaphraſi, & Theonis Scholiis Graecis, addito Manilio, Firmico, & Procli Sphaera. Venet. 1499. fol. apud Aldum Manutium.

Cum Praefatione Phil. Melanchthonis, Witeb. 1521. 8.

Cum

Cum verſione proſaria, & notulis Io. Ceporini, addita Procli ſphaera, Cleomede, & Dionyſii Periegeſi. Baſil. 1534. 1547. 1561. 8. apud H. Petri.

Cum Ciceronis Metaphraſi e Germanico, & Avieno ſuppleta & notis Ioach. Perionii, praefixa Leontii ſphaera & Arati vita Graece Pariſ. 1540. 4. & eodem anno Baſileae 8. ad calcem Nicomacheorum Ariſtotelis a Perionio Latine translatorum, & Platonis Timaei locis cum Ciceronis de Vniverſitate collatis, quod poſt H. Stephanum in Timaeo pariter & Arato fecit etiam H. Stephanus in Lexico Ciceroniano An. 1557. 8.

Cum Metaphraſi Germanici & ad eum veteri commentario. Baſil. 1549. & 1570. fol. ad calcem Hygini, &c.

In Aſtronomicis veterum a Io. Commelino editis An. 1589. 8. cum Leontii ſphaera aliiſque.

In Corpore Poëtarum Graecorum, curante Iac. Lectio, Genev. 1606. fol.

In Hugonis Grotii Syntagmate Arateorum, quod ſedecim vix annos natus Ioſephi Scaligeri auſpiciis edidit Lugd. Bat. 1600. 4. In hoc Graeca leguntur cum Metaphraſeos Ciceronianae fragmentis ſeparatim ſubiunctis, & ubi haec deficiunt, Grotii ingenio ſuppletis, tum Germanici Metaphraſi

phrasi itidem seorsim subnexa, cum imaginibus Astrorum ex veteri quidem depromptis codice, sed naturae rerum, ac veterum opinioni saepe parum respondentibus. Hinc Grotii notae sequuntur in Aratum, Ciceronem atque Germanicum; denique Metaphrasis tertia Avieno auctore, cum Grotii brevibus notis ad singulas paginas adiunctis. Nam Daniel Lundius quidem fallitur, qui in compendio Bibliothecae Graecae adfirmat, Graeca quoque Scholia in Grotii editione legi. Fallitur etiam Heidenreichius, qui in Pandectis Brandenburg. ait Aratum cum aliis Scriptoribus Latine redditum a Iunio Paullo Crasso. Pro Arato enim Aretaeum dicere debuit. Fuerunt Grotii Aratea in Bibliotheca Petri Francii collata cum vet. cod. a Nic. Heinsio, & a viro illo doctissimo animadversionibus locupletata.

IX. Scripserat & alia Aratus, quae intercidere. Fuerunt autem haec:

Ἀνατομή. Suid. in Ἄρατος.

Εἰς Ἀντίγονον. Suid.

Ἀνθρωπογονία. Suid.

Ἀστρολογία καὶ ἀστροθεσία. Suid. vide infra in κανών. Aratum ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἀστρικῶν laudat Tzetzes ad Hesiodum 1. Ἔργ. p. 6. b.

Διόρθωσις Ὀδυσσείας. Vide Fabric. B. G. Lib. II. c. 2. §. 19.

Ἐλεγείων liber, ex quo de Diotimo Poëta distichon proferunt Macrobius v. 20. & Stephanus Byz. in Γάργαρα, Anthologia Epigr. 1I. 40. p. 239.

Epicedium in Cleombrotum. Suid.

Epicedium in fratrem Myrin. Auctor vitae a Victorio editae.

Epigrammata in Philen, Antigoni Regis coniugem. Suid.

Ἐπιθυτικόν. Suid.

Εἰς Θεόπροπον. Suid. & Schol. Arati v. 259. ubi Θεότρομον legitur. Sed ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον ἐπικηδείῳ allegatur etiam in Scholiis ad Odyss. Σ. 486.

Epistolae, seu quas Arato suppositas a Sabirio Pollone, Sabidio forte, vel Sabinio Pollione, contendebat Apollonides Nicaenus, Νικαεὺς pro Κεφεὺς legendum ex Ammonio, ut observavit Clariss. Bentleius. Vita Arati a Victorio edita & Suid. Has Epistolas Meursius male refert ad Aratum Sicyonium. Equidem e Suida coniicere possis Epistolas & carmine & prosa Aratum Solensem scripsisse, vel sub eius nomine lectas olim fuisse. Verum haud accuratissimus auctor est Suidas.

Ἠθοποιΐαι. Suid. quod perperam nonnulli reddunt *de moribus*.

Ἰατρικαὶ δυνάμεις. Auctor vitae, & Pollux, qui

qui II. 4. tres hexametros profert ex Arati ἰατρικοῖς.

Κανών. Achilles Tatius c. 15. & 16. Isagoges in Aratum, ubi testatur auctorem hoc in libro singillatim egisse de quinque planetis. Forte non diversus hic liber fuit ab eo, qui Suidae est ἀστρολογία καὶ ἀστροθεσία.

Περὶ Ὁμήρου καὶ Ἰλιάδος. Auctor Vitae.

Ὀστολογία. Auctor Vitae.

Παίγνια. Suid.

Εἰς Παυσανίαν τὸν Μακεδόνα. Suid.

Σκυθικός. Auctor Vitae.

Σπονδοφόροι, scil. λόγοι vel ὕμνοι. Suid.

Σύνθεσις εἰς φαρμάκων θηριακῶν ἐπιτήδειαν. Suid. respicit Galenus lib. II. de antidotis c. 7. T. II. p. 445.

Ὕμνοι εἰς τὸν Πᾶνα. Suid. sive, ut Auctor Vitae ὕμνος.

Quid vero est, quod Strabo lib. x. p. 486. de Gyaro agens δηλοῖ δὲ, inquit, τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτὸν, Xylander *in minutis*.

Ὦ Λητοῖ σὺ μένεις μὲν σιδηρείῃ φολεγάνδρῳ
Δειλὴ ἢ Γύαρον παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίην.

Ex Ioan. Albert. Fabricii Biblioth. Graec. lib. III. c. XVIII.

АРА-

ΑΡΑΤΟΥ ΣΟΛΕΩΣ

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

ARATI SOLENSIS

PHAENOMENA.

DI ARATO SOLESE

I FENOMENI

OVVERO

L' APPARENZE.

ΑΡΑΤΟΥ ΣΟΛΕΩΣ

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

ΕΚ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Α'ρρητον, μεςαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες· πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει· λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει,
Μιμνήσκων βιότοιο· λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη
Βουσί τε καὶ μακέλῃσι. λέγει δ' ὅτε δεξιαὶ ὧραι,
Καὶ φυτὰ γυρῶσαι, καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.
Αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Α'στρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν

Α'στέ-

DI ARATO SOLESE

I FENOMENI

OVVERO

L' APPARENZE.

DA Giove principiam, cui non mai noi
Vomini ſenza dir, deggiam paſſare.
Piene di Giove le contrade tutte,

De-

ARATI SOLENSIS

PHAENOMENA.

AB Iove Muſarum primordia : ſemper in ore
Plurimus ille hominum eſt , qui compita numine magno
Conciliumque virûm complet , pelaguſque profundum ,
Et pelagi portus . Fruimur Jove , & utimur omnes .
Nos genus illius , nobis ille omine laeto
Dextera praeſignat , populumque laboribus urget ,
Conſulat ut vitae . Quando ſit terra ligoni
Aptior , aut bubus monet , & quo tempore par ſit ,
Aut ſerere , aut ſeptas lympbis adſpergere plantas .
Ipſe etiam in magno defixit ſidera mundo
Ordine quaeque ſuo , atque in totum providus annum
Aſtra

Degli uomini le piazze tutte, pieno
Il mare , e i porti ; in ogni parte tutti
Abbiam duopo di Giove ; poichè ancora
Di lui ſiam ſtirpe , ed ei clemente agli uomini
Accenna a deſtra , ed al lavoro ſveglia
Le genti , rammentando a quelle il vitto :
E dice quando è ottima la zolla
A' buoi , e alle vanghe ; e dice quando
Delle ſtagioni è il deſtro a far le foſſe ,
Per porre , ed a gittar tutte ſemenze .
Perchè egli i ſegni ne piantò nel cielo ,
Le ſtelle diſtinguendo , e in tutto l' anno

Ἀστέρας, οἵκε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
Ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται.
Τῷ μιν ἀεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἱλάσκονται.
Χαῖρε πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ,
Αὐτὸς, καὶ προτέρη γενεή. χαίροιτε δὲ μοῦσαι,
Μειλίχιαι μάλα πᾶσαι, ἐμοίγε μὲν ἀστέρας εἰπεῖν,
Εἰ θέμις, εὐχομένῳ, τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδήν.
Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε, καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες,
Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.
Αὐτὰρ ὅγ' οὐδ' ὀλίγον μετανίσσεται, ἀλλὰ μάλ' αὕτως
Ἄξων αἰὲν ἄρηρεν· ἔχει δ' ἀτάλαντον ἁπάντη
Μεσσηγὺς γαῖαν· περὶ δ' οὐρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ.
Καί μιν πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν·
Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὁ δ' ἀντίος ἐκ βορέαο,
Ὑψόθεν ὠκεανοῖο. δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι, τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.
Αἱ δή τοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
Ἀλλήλων, αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται,
Ἔμ-

Quelle pensò che più di tutte agli uomini
Per istagion ciò ch' è da far segnassero,
Acciocchè tutto stabilmente nasca.
Però sempre primier placanlo, ed ultimo.
Salve Padre, miracol grande, grande
Agli uomin giovamento, ed alimento,
Tu stesso, e la primiera stirpe. Muse
Salvete, tutte assai benigne, e miti.
A me di dir le Stelle, se pur lece,
Supplicante, mostrate il canto tutto.

Que-

Aſtra dedit, quae nos moneant, qua quaelibet hora
Apta geri, certa naſcantur ut omnia lege.
Idem ergo primus placatur, & ultimus idem.
Magne Pater, magnum mortalibus incrementum,
Progenies prior, & dulces ante omnia Muſae,
Cuncti una ſalvete mihi, & dum ſidera canto,
Si ius faſque ſinunt, longum deducite carmen.
Cetera labuntur celeri caeleſtia motu,
Cum caeloque ſimul nocteſque dieſque feruntur:
Axis at immotus numquam veſtigia mutat,
Sed tenet aequali libratas pondere terras;
Quem circum magno ſe volvit turbine caelum.
Extremuſque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſse Polus, quorum hic non cernitur, ille
Ad Boream, Oceani ſupra confinia tendit:
Quem cingunt Vrſae celebres cognomine Plauſtri,
Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare Triones.
Alterius caput, alterius flammantia terga
Adſpicit, inque vicem pronas rapit orbis in ipſos
Con-

Queſte in un molte, ed altrove altre eſſendo,
Dal ciel ſon tratte tutti i giorni ſempre.
Ma l' aſſe nè men poco ſi traſporta,
Ma così certo ſempre, è fermo, e fiſſo;
E tiene bilanciata da per tutto
La terra in mezzo, e 'l gira intorno il cielo.
Quinci e quindi in lui terminan due poli,
Non viſibile l' un, contrario l' altro
Da Borea, ſovra l' Oceano, in alto.
E due intorno contenendolo Orſe
Girano inſieme, e però Carra diconſi.
Queſte anno ſempre tra di lor ſu' fianchi
I capi, e ſempre portanſi ſupine

Ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι. Εἰ ἐτεὸν δὴ,
Κρήτηθεν κεῖναι δὲ Διὸς μεγάλου ἰότητι
Οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅ μιν τότε κουρίζοντα
Δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν
Δικταῖοι Κούρητες, ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.
Οἳ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
Τὴν δ' ἑτέρην, ἑλίκην. ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ
Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν·
Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι, περόωσι θάλασσαν.
Ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ, καὶ ἐπιφράσασθαι ἑτοίμη,
Πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός.
Ἡ δ' ἑτέρη, ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
Μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι·
Τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.
Τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας, οἵη ποταμοῖο ἀποῤῥὼξ,
Εἱλεῖται, μέγα θαῦμα, δράκων περί τ' ἀμφί τ' ἐαγὼς
Μυρίος· αἱ δ' ἄρα οἱ σπείρης ἑκάτερθε φύονται
Ἄρκτοι, κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο.

Αὐ-

Voltate sovra gli omeri. Se è vero,
Di Creta quelle per voler del magno
Giove saliro al ciel, perchè lui allora
Infante nel fragrante Ditto, presso
Del monte d'Ida posero nell' antro,
Ed un anno il nutrir Dittei Cureti,
Quando ingannar Saturno. Or questi appellano
L'una la Cinosura, e l'altra l'Elice.
Dall' Elice gli Achei uomini in mare
Notan, dove menar duopo è le navi.

I Fe-

Converſas humeros. Creta, ſi credere fas eſt,
Ad caeli nitidas axes venere relicta:
Iuppiter hoc voluit, quem ſub beneolentibus herbis
Ludentem Dicti, grato poſuere ſub antro,
Idaeum ad montem, totumque aluere per annum,
Saturnum fallunt dum Dictaei Corybantes.
Ex his altera apud Graios Cynoſura vocatur,
Altera dicitur eſſe Helice, quae monſtrat Achivis
In pelago navis quò ſit vertenda; ſed illa
Se fidunt duce nocturna Phoenices in alto.
Sed prior illa magis ſtellis diſtincta refulget,
Et late prima confeſtim a nocte videtur.
Haec vero parva eſt, ſed nautis uſus in hac eſt:
Nam curſu interiore brevi convertitur orbe,
Signaque Sidoniis monſtrat certiſſima nautis.
Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Torvu' Draco ſerpit, ſubter, ſupraque revolvens
Seſe, conficienſque ſinus e corpore flexos,
Quos cani tangunt immunes gurgitis Arctoi.
Ve-

I Fenici affidati ſopra queſta
Varcano il mare. Or queſta è netta, e preſta
A ſcorgerſi, apparente Elice, e grande
Dal principio di notte; l'altra è piccola,
Migliore a' naviganti, poichè tutta
In minor giro ſi rivolge intorno.
Dirittiſſimamente anco con queſta
Navigano i Sidonii. Ora per ambe,
Qual diramazion di fiume, volveſi,
Gran meraviglia, il Drago intorno intorno
Divincolando, immenſo. Or queſte adunque
Della ſpira da' lati, e quinci e quindi
Orſe ſpuntan guardate dal ceruleo

Αὐτὰρ ὅγ' ἄλλην μὲν νεάτῃ ἀποτείνεται οὐρῇ·
Ἄλλην δὲ σπείρῃ περιτέμνεται· ἡ μέν οἱ ἄκρη
Οὐρὴ πὰρ κεφαλὴν ἑλίκης ἀναπαύεται ἄρκτου·
Σπείρῃ δ' ἐν κυνόσουρα κάρη ἔχει· ἡ δὲ κατ' αὐτὴν
Εἰλεῖται κεφαλήν, καί οἱ ποδὸς ἔρχεται ἄχρις.
Ἐκ δ' αὖτις παλίνορσος ἀνατρέχει. οὐ μὲν ἐκείνῃ
Οἰόθεν, οὐδ' οἶος κεφαλῇ ἐπιλάμπεται ἀστήρ·
Ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν, εἷς δ' ὑπένερθεν
Ἐσχατιὴν ἐπέχει γένυος δεινοῖο πελώρου.
Λοξὸν δ' ἐστὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν
Ἄκρην εἰς ἑλίκης οὐρήν. μάλα δ' ἐστὶ κατ' ἰθὺ
Καὶ στόμα καὶ κροτάφοιο τὰ δεξιὰ νειάτῳ οὐρῇ.
Κείνη που κεφαλὴ τῇ νήχεται, ἧχί περ ἄκραι
Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.
Τῇς δ' αὐτοῦ μογέοντι κυλίνδεται ἀνδρὶ ἐοικὸς
Εἴδωλον· τὸ μὲν οὔτις ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
Οὐδ' ᾧ τινι κρέμαται κεῖνος πόνῳ· ἀλλά μιν αὔτως
Ἐγγόνασιν καλέουσι· τὸ δ' αὖτ' ἐν γούνασι κάμνον
Ὀκλά-

Oceano, ed all' una coll' eſtrema
Coda ſi ſtende, e l' altra colla ſpira
Intorno taglia, e a lui la ſomma coda
Dell' Elice Orſa al capo ſi ripoſa.
La teſta Cinoſura à nella ſpira:
E queſta intorno al capo ſteſſo gira,
E giuſo ſe ne viene infino a' piedi,
E di nuovo retrogrado ricorre.
Or quella non da ſe ſola, nè ſola
Stella riſplende in capo; ma alle tempie,
Due, e agli occhi due, ed una ſotto
L' eſtremitade tien della maſcella
Del-

Verum haec extremae circumdatur agmine caudae,
Qua ſpirae ſinus eſt involvitur altera caelo.
Nempe Helice extremae circumdatur agmine caudae,
Qua ſpirae ſinus eſt, caput eſt Cynoſuridos Vrſae:
Quae tamen uſque pedes ſummo illum à vertice tangit.
Retrogrado heic iterum curſu convertitur anguis.
Huic non una modo caput ornans ſtella relucet,
Verum tempora ſunt duplici fulgore notata,
E trucibuſque oculis duo fervida lumina flagrant,
Atque uno mentum radianti ſidere lucet:
Obſtipum caput, & tereti cervice reflexum,
Obtutum in caudam maioris figere dicas.
Oppoſita extremae capitis ſunt dextera caudae.
Hoc caput heic paullum ſeſe, ſubitoque recondit,
Ortus ubi, atque obitus partem admiſcentur in unam.
Quod tangens deſeſſa velut maerentis imago
Vertitur: hanc nemo certo tibi dicere poſſit,
Aut quiſnam, quo ſit feſſus, labor: attamen illam
Engonaſin vocitant, genibus quod nixa feratur.

Illa

Dell' orribile moſtro. Obliquo è il capo,
Ed è ſimile in tutto ad inchinato
Verſo l' ultima là coda dell' Elice.
E ſono aſſai in diritto dell' eſtrema
Coda, la bocca, e la diritta tempia.
Queſta teſta là nuota, ove gli eſtremi
E Ponenti, e Levanti tra lor miſchianſi.
A lei ivi vicin giraſi imago,
Ch' uomo raſſembra faticante: queſta
Niuno ſa paleſemente dire,
Nè qual ſia la fatica, ond' ella penda;
Ma così nela chiamano l' Engonaſi,
O' l Ginocchion; perocchè ne' ginocchi
Affaticata, un uom che s' inginocchia,

Raſ

Ὀκλάζοντι ἔοικεν· ἐπ' ἀμφοτέρων δέ οἱ ὤμων
Χεῖρες ἀείρονται· τάνυται γέμεν ἄλλυδις ἄλλη
Ὅσσον ἐς ὀργυιήν· μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
Δεξιτέρου ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο δράκοντος.
Αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε
Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης,
Νώτῳ ὑποστρέφεται κεκμηκότος εἰδώλοιο.
Νώτῳ μὲν στέφανος πελάει· κεφαλῇ γέμεν ἄκρῃ
Σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν ὀφιούχου· ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνης
Αὐτὸν ἐπιφράσσαιο φαεινόμενον ὀφιοῦχον.
Τοῖοί οἱ κεφαλῇ ὑποκείμενοι ἀγλαοὶ ὦμοι
Εἴδονται· κεῖνοί γε καὶ ἂν διχόμηνι σελήνῃ
Εἴσωποι τελέθοιεν· ἀτὰρ χέρες οὐ μάλα ἶσαι·
Λεπτὴ γὰρ τῇ καὶ τῇ ἐξεπιδέδρομεν αἴγλη.
Ἀλλ' ἔμπης κἀκεῖναι ἐπόψιαι, οὐ γὰρ ἐλαφραί.
Ἀμφότεραι δ' ὄφιος πεπονείαται, ὅς ῥά τε μέσσον
Δινεύει ὀφιοῦχον· ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς
Ποσσὶν ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισι
Σκορπίον, ὀφθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκώς
Ὀρ-

Rassembra; e a lui sovr' ambedue le spalle
S' alzan le mani, e quinci e quindi ei stendesi
La misura d' un' orgia; e a mezzo sopra
Il capo, del diritto piè l' estremo
Ave del torto Drago. Ivi anco quella
Corona, la qual fe chiaro esser segno
Dioniso d' Arianna trapassata,
Volvesi sotto al dosso dell' immago
Del Faticato; al dosso la Corona
E' accosto; ma appresso al capo estremo
Il capo osserva tu del Serpentario; Che

Illa petit binis manibus diversa locorum,
Atque humeros supra tensis dispenditur ulnis,
Et super ora cavis spirantia naribus ignem
Serpentis dextrae figit vestigia plantae:
Heic illa eximio posita est fulgore Corona.
Hanc Ariadnaeum Bacchus testatus amorem
Intulit in caelum qua Nixi terga satiscunt.
Iuxta humeros sertum est: propter caput Anguitenentis,
Quem claro perhibent Ὀφιοῦχον *nomine Graii,*
Est caput illius, summoque ex vertice Nixi
Perfacile alterius candentia sidera nosces.
Huic supra duplices humeros adfixa videtur
Stella, micans tali specie, talique nitore,
Fulgeat ut pleno quum lumine Luna refulsit.
Non par est geminis manibus vigor, & licet illis
Nec nullus splendor, nec sit parvissima moles,
Attamen est tenuis disperso lumine fulgor.
Hic pressu duplici palmarum continet Anguem,
Eius & ipse manet religatus corpore toto,
Namque virum medium Serpens sub pectora cingit:
Ille tamen graviter nitens vestigia ponit,

At-

Che da quello il medesmo avviserai
Apparir risplendente Serpentario.
Tali a lui sottoposti omeri al capo
Chiari si miran; quegli, anco alla Luna
A mezzo mese, si farian vedere.
Ma non son troppo eguali poi le braccia,
Che quà, e là sottil raggio discorre.
Ma tuttavia ancora son visibili,
Che non son lievi; ed ambe per lo Serpe
Son faticate, che per mezzo gira
Il Serpentar. Quei fermamente acconcio
Con ambi i piedi una gran bestia preme,
Lo Scorpion, coll' occhio, e in petto stando

Ὀρθός· ἀτὰρ οἱ ὄφις γε δύο στρέφεται μετὰ χερσὶ,
Δεξιτερῇ ὀλίγος, σκαιῇ γέμεν ὑψόθι πολλός.
Καὶ δή οἱ στεφάνῳ περικέκλιται ἄκρα γένεια·
Νειόθι δὲ σπείρης μεγάλας ἐπιμαίεο χηλάς·
Ἀλλ' αἱ μὲν φαέων ἐπιδευέες, οὐδὲν ἀγαυαί.
Ἐξόπιθεν δ' ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
Ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,
Οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται ἄρκτου,
Καὶ μάλα πᾶς ἀρίδηλος· ὑπὸ ζώνῃ δέ οἱ αὐτὸς
Ἐξ ἄλλων ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.
Ἀμφοτέροισι δὲ ποσσὶν ὑποσκέψαιο Βοώτου
Παρθένον, ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήεντα.
Εἴτ' οὖν Ἀστραίου κείνη γένος, ὅν ῥά τέ φασιν
Ἄστρων ἀρχαίων πατέρ' ἔμμεναι, εἴτέ τευ ἄλλου,
Εὔκηλος φορέοιτο· λόγος γέμεν ἐντρέχει ἄλλος
Ἀνθρώποις, ὡς δῆθεν ἐπιχθονίη πάρος ἦεν,
Ἤρχετο δ' ἀνθρώπων κατεναντίη, οὐδέποτ' ἀνδρῶν,
Οὐδέποτ' ἀρχαίων ἠνήνατο φῦλα γυναικῶν,
Ἀλλ' ἀναμὶξ ἐκάθητο, καὶ ἀθανάτη περ ἐοῦσα·

Καὶ

Dritto; ma a lui il Serpente ſi raggira
Tra le due braccia, picciolo nel deſtro,
E nel ſiniſtro, copioſo in alto.
E 'l mento eſtremo intorno alla Corona
Giaceſi, e in fondo della ſpira cerca
Le grandi Chele, o Zampe dello Scorpio;
Ch' elle mancan di lumi, e non ſon chiare.
Dietro all' Elice portaſi ſimile
Artofilace ad un che guidi, cui
Soprannomano gli uomini Boote,

Pe-

Atque oculos urget pedibus pectuſque Nepai.
Hic preſſus dextra, ſurgit ſed parte ſiniſtra,
Sertaque ſupremae tangunt Minoia malae.
Sub ſpira quaeres immenſo corpore Chelas,
Quae tamen haud magnum iactant pro mole nitorem.
Ipſam Helicen ſequitur, non diſpar forma bubulco,
Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes,
Quod quaſi temone adiunctam prae ſe quatit Arcton.
Clarus hic, & ſubter praecordia fixa tenetur
Stella micans radiis Arcturus nomine claro.
Heic ſe ſub pedibus profert finita Booti
Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore Virgo:
Sive illi Aſtraeus pater eſt, qui dicitur idem
Sideribus ſtelliſque pater, ſeu quilibet alter,
Sit felix: ſane haec narratur fabula vulgo.
Incoluit caelo terras Aſtraea relicto,
Conventuſque hominum non dedignata priorum,
Sed nec femineos ſpernens inviſere coetus,
Leti expers generi mortali mixta reſedit,

No.

Perocchè par toccar l' Orſa del Carro,
E aſſai è tutto manifeſto, e ſcorto.
E a lui ſotto la faſcia, ond' egli è cinto
Trall' altre ſi ravvolge chiaramente
Arturo ſtella. Ma ſott' ambi i piedi
Di Boote la Vergine n' oſſerva,
Che nelle mani tien raggiante ſpiga.
O ſtirpe ſia, quella, d' Aſtreo, cui padre
Dicon degli Aſtri antico, o d' alcun altro,
Portiſi queta. Vn' altra fama corre
Tra gli uomini, che in pria usò la terra,
E veniva degli uomini al coſpetto;
Nè mai degli uomin, nè mai dell' antiche
Femmine ricusò le varie genti,
Ma miſchiata ſedea, benchè immortale;

E

Καί ἑ Δίκην καλέεσκον· ἀγειρομένη δὲ γέροντας
Ἠέ που εἰν ἀγορῇ, ἢ εὐρυχόρῳ ἐν ἀγυιῇ,
Δημοτέρας ἤειδεν ἐπισπέρχουσα θέμιστας.
Οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο,
Οὐδὲ διακρίσιος περιμεμφέος, οὐδὲ κυδοιμοῦ·
Αὔτως δ' ἔζωον. χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα,
Καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον,
Ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα· καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν
Μυρία πάντα παρεῖχε Δίκη δώτειρα δικαίων.
Τόφρ' ἦν, ὄφρ' ἔτι γαῖα γένος χρύσειον ἔφερβεν·
Ἀργυρέῳ δ' ὀλίγη τε, καὶ οὐκέτι πάμπαν ἑτοίμη
Ὡμίλει, ποθέουσα παλαιῶν ἤθεα λαῶν.
Ἀλλ' ἔμπης ἔτι κεῖνο κατ' ἀργύρεον γένος ἦεν.
Ἤρχετο δ' ἐξ ὀρέων ἐπιδείελος ἠχηέντων
Μουνάξ· οὐ δή τῳ ἐπεμίσγετο μειλιχίοισιν.
Ἀλλ' ὁπότ' ἀνθρώπων μεγάλας πλήσαιτο κολώνας,
Ἠπείλει δ' ἤπειτα καθαπτομένη κακότητος,
Οὐδ' ἔτ' ἔφη εἰσωπὸς ἐλεύσεσθαι καλέουσιν.
Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο

Χει-

E lei Dice chiamavano, o Giuſtizia.
E congregando i vecchi, o nella piazza,
O in contrada capace, conoſcea
Con ſtudio eſatto la ragion del popolo.
Non ſapevano ancor d' acerba lite,
Nè di giudizio queroloſo, o briga.
Vivean così; lungi era il mar crudele,
E 'l vitto non ancor portavan navi
Di lontano, ma i bovi ben l' aratro,
E la ſteſſa Auguſta delle genti

Ap-

Nomine Iuſtitiae gaudens, ſenibuſque coactis,
Sive foro in magno, ſeu latipatente platea,
Civiles populis dictabat ſedula leges:
Nec mala lis fuerat, necdum diſcordia nota,
Nec fera ſeditio furiarat mobile vulgus,
Saeva nec audaces fuerant freta paſſa carinas:
Sed bubus tracto ſulcantes vomere terras,
Malebant tenui contenti vivere cultu,
Sufficiente Dea iuſtis pleno omnia cornu.
Haec manet, in ſanctis dum gens manet aurea terris:
Sed non argenti nimis eſt laetata metallo;
Moribus at verſis prior eſt quoque verſa voluntas,
Raraque peiori iunxit ſua numina genti:
Sola ſed ex raucis deſcendens montibus ibat
Sub noctem, nulli teneris blandita loquelis.
Sed ſimul ac magnas hominum veniſſet ad urbes,
Improba terrificis ſic ulta eſt crimina verbis:
Non ego me dignor poſthac monſtrare videndam,
Degener o primae proles nunc altera prolis,

De-

Apparecchiava immenſe coſe tutte,
Dice delle giuſtizie donatrice.
Tanto ella fu, quanto paſcè la terra
La ſtirpe d' oro; coll' argentea poco,
E non più come pria, pronta ella uſava,
Deſiando i coſtumi degli antichi.
Ma pur fu ancora in quell' argentea ſtirpe;
Se ne venia da' rimbomboſi monti
Sulla ſera ſolinga; con alcuno
Piacevolmente omai non converſava.
Ma quando i grandi empiea d' uomini, poggi,
Il vizio riprendendo, minacciava;
Nè più a color che la chiamavan, diſſe
Di volere venire nel coſpetto.
Oh quale i padri d' oro, età laſciaro

Peg-

Χειροτέρην· ὑμεῖς δὲ κακώτερά τ' ἐξείεσθε.
Καὶ δή που πόλεμοι, καὶ δὴ καὶ ἀνάρσιον αἷμα
Ἔσσεται ἀνθρώποισι· κακοῦ δ' ἐπικείσεται ἄλγος.
Ὣς εἰποῦσ' ὀρέων ἐπεμαίετο, τοὺς δ' ἄρα λαοὺς
Εἰς αὐτὴν ἔτι πάμπαν ἐλίμπανε παπταίνοντας.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνοι ἐτέθνασαν, οἱ δ' ἐγένοντο,
Χαλκείη γενεὴ, προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες,
Οἱ πρῶτοι κακόεργον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
Εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων·
Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν,
Ἔπταθ' ὑπουρανίη, ταύτην δ' ἄρα νάσσατο χώρην,
Ἧχί περ ἐννυχίη ἔτι φαίνεται ἀνθρώποισι
Παρθένος, ἐγγὺς ἐοῦσα πολυσκέπτοιο Βοώτου.
Τῆς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὤμων εἱλίσσεται ἀστὴρ
Δεξιτερῇ πτέρυγι, προτρυγητὴρ δ' αὖτε καλεῖται,
Τόσσος μὲν μεγέθει, τοίῃ δ' ἐγκείμενος αἴγλῃ,
Οἷος καὶ μεγάλης οὐρὴν ὑποφαίνεται ἄρκτου.
Δεινὴ γὰρ κείνη, δεινοὶ δέ οἱ ἐγγύθεν εἰσὶν
Ἀστέρες· οὐκ ἂν τούς γε ἰδὼν ἐπιτεκμήραιο,

Οἷος

Peggiore; e voi più trista produrrete!
Guerre fian certo, e fia nemico sangue
Agli uomini, e del mal verrà dolore.
Così dicendo, ricercava i monti.
Le genti adunque ancora in lei ben bene
Riguardanti lasciò. Ma quando quelli
Ancor moriro, e nacquero di rame
Stirpe, de' primi uomini più malvagi,
Che primi fabbricaro il malfattore

Alla

Degeneres iterumque, iterumque habitura nepotes.
Tunc fera bella hominum generi, caedesque nefandae
Impendent, culpamque comes sua poena sequetur.
Sic ait, & populos intenta etiam ora tenentes
Linquit, & ad montes silvarumque avia tendit.
Haec aetas vitam liquit, sobolemque reliquit.
Ferrea tum vero proles exorta repente est,
Ausaque funestum prima est fabricarier ensem,
Et gustare manu victum, domitumque iuvencum.
Tunc mortale exosa genus Dea in alta volavit,
Et Iovis in regno, caelique in parte recepta est,
Illustrem sortita locum, qua nocte serenâ
Virgo conspicuo fulget vicina Bootae.
Huic, humeros supra duplices, convertitur alam
Ad dextram, Graio Protrygeter nomine dicta,
Stella micans, tali specie, talique nitore,
Qualis & immensae sub cauda volvitur Arcti.
Illa quidem flagrans: sed & huic flagrantia plura
Sidera, quae parvo poteris reperire labore.

Quin

Alla strada coltello, e assaggiar primi
Degli aratori bovi, e allora odiando
Dice la stirpe di quegli uomin, sotto
Al ciel volò, e tornò in quello spazio,
Ove di notte ancora appare agli uomini
Vergin presso il cospicuo Boote.
Di cui sovra ambi gli omeri si gira
Alla destra ala un astro, e sì si chiama
L' Antivendemmiator; tanto in grandezza,
E posto sovra ad un sì fatto raggio,
Qual dell' Orsa maggior sotto la coda
Risplende. Fiera è quella, e fiere sono
Stelle a lei presso. Queste alcun mirando

C Non

Οἷός οἱ πρὸ ποδῶν φέρεται καλός τε μέγας τε·
Εἷς μὲν ὑπ' ὠμαίων, εἷς δ' ἰξυόθεν κατιόντων,
Ἄλλος δ' οὐραίοις ὑπὸ γούνασιν· ἀλλ' ἄρα πάντες
Ἀπλόοι, ἄλλοθεν ἄλλος ἀνωνυμίῃ φορέονται.
Κρατὶ δέ οἱ δίδυμοι· μέσσῃ δ' ὑπὸ καρκῖνός ἐστι.
Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀμφοτέροισι λέων ὑπὸ καλὰ φαείνει.
Ἔνθα μὲν ἠελίοιο θερείταταί εἰσι κέλευθοι.
Αἱ δέ που ἀσταχύων κενεαὶ φαίνονται ἄρουραι,
Ἠελίου τὰ πρῶτα συνερχομένοιο λέοντι.
Τῆμος καὶ κελάδοντες ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ
Ἀθρόοι ἐμπίπτουσιν· ὁ δὲ πλόος οὐκ ἔτι κώπαις
Ὥριος· εὐρεῖαί μοι ἀρέσκοιεν τότε νῆες,
Εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ κυβερνητῆρες ἔχοιεν.
Εἰ δέ τοι ἡνίοχόν τε καὶ ἀστέρας ἡνιόχοιο
Σκέπτεσθαι δοκέοι, καί τοι φάτις ἤλυθεν αἰγὸς
Αὐτῆς, ἠδ' ἐρίφων, οἵ τ' εἰν ἁλὶ πορφυρεούσῃ
Πολλάκις ἐσκέψαντο κεδαιομένους ἀνθρώπους.
Αὐτὸν μέν μιν ἅπαντα μέγαν διδύμων ἐπὶ λαιᾷ
Κε-

Non anderà a cercar, quale davanti
A' piè si porta quella, e bella, e grande:
Vna sotto le spalle, un' altra sceso
I lombi, un' altra alli ginocchi estremi:
Ma tutte scempie quinci e quindi portansi
Innominate. In capo a lei i Gemini,
E 'l Granchio è sotto della sua metade,
Sotto ambi i piè il Lion bello riluce;
V' son del Sol caldissime le vie,
Di spighe vote appaion le campagne:
Quando il Sol prima unisceси al Lione.
Ed

Quin etiam ante pedes magno fulgore notata
Stella nitet: dehinc prima humeros ſubit, altera lumbos,
Tertia ſub caudam ad genus ipſum lumina pandit.
Cetera ſed certo paſſim ſine nomine fulgent.
Et natos Geminos inviſes ſub caput Arcti:
Subiectus mediae eſt Cancer, pedibuſque tenetur
Magnu' Leo tremulam quatiens e corpore flammam.
Explicat heic ſummos ardores ſemita Phoebi:
Tunc nullae apparent per culta novalia ſpicae,
Principioque adeo Solis per caerula caeli
Hoc motu radiantis, Eteſiae in vada ponti
Procumbunt glomerati, & longo flamine ſpirant.
Tunc mihi non remis placeat ratis indiga, verum
Larga ſatis, rectoque ad venti commoda clavo.
Si cupis Aurigam, atque Aurigae noſcere ſtellas,
Vllaque fama tuas Caprae pervenit ad aures,
Haedorumque ſimul, quorum duo lumina cernunt
Saepe per iratum iactata cadavera pontum,
Sub laeva is Geminorum obductus parte feretur.

Ad-

Ed allora l' Eteſie ſuſurranti
Tutte unite ſul mare ampio ne caggiono.
Il navigar non è allora a remi
Di ſtagion; larghe navi allor mi piacciano;
Verſo il vento il timon tenga il nocchiero.
Che ſe l' Auriga, e dell' Auriga gli aſtri
Di contemplare avviſo fiati (certo
Verria il racconto della Capra iſteſſa,
E de' Capretti, che ſovente gli uomini
Scorgon diſperſi nel purpureo mare)
Eſſo lui tutto grande troverai
De' Gemini corcato alla ſiniſtra.

Del-

Κεκλιμένον δήεις. ἑλίκης δέ οἱ ἄκρα κάρηνα
Αʹντία δινεύει. σκαιῷ δ᾽ ἐπελήλαται ὤμῳ
Αἶξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν.
Ωʹλενίην δέ μιν αἶγα Διὸς καλέουσ᾽ ὑποφῆται.
Αʹλλ᾽ ἡ μὲν πολλή τε, καὶ ἀγλαή· οἱ δέ οἱ αὐτȣ͂
Λεπτὰ φαείνονται ἔριφοι καρπὸν κατὰ χειρός.
Πὰρ ποσὶ δ᾽ ἡνιόχου, κεραὸν πεπτηότα ταῦρον
Μαίεσθαι. τὰ δέ οἱ μάλ᾽ ἐοικότα σήματα κεῖται.
Τοίη οἱ κεφαλὴ διακέκριται· οὐδέ τις ἄλλῳ
Σήματι τεκμήραιτο κάρη βοὸς, οἷά μιν αὐτοὶ
Αʹστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσι·
Καὶ λίην κείνων ὄνομ᾽ εἴρεται· οὐδέ τοι αὔτως
Νήκουστοι ὑάδες, ταὶ μέν ῥ᾽ ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ταύρου βεβλέαται· λαιοῦ δὲ κεράατος ἄκρον,
Καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακείμενον ἡνιόχοιο
Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει, συνεληλάμενοι δὲ φέρονται.
Αʹλλ᾽ αἰεὶ ταῦρος προφερέστερος ἡνιόχοιο
Εἰς ἑτέρην καταβῆναι, ὁμηλυσίῃ περ ἀνελθών.
Οὐδ᾽ ἄρα Κηφῆος μογερὸν γένος Ιʹασίδαο

Αὐ-

Dell' Elice gli estremi capi a lui
Contrari girano; è cacciata all' omero
Manco la sacra Capra, cui è fama,
Che a Giove sommettesse la mammella,
E di Giove gl' interpreti l' appellano
L' Olenia Capra; or questa è grande, e bella:
Ma ivi a lui i Capretti della mano
Al carpo ne risplendono minuti.
Ed a' piè dell' Enioco, od Auriga

Cor-

Adversum caput huic Helice truculenta tuetur.
At Capra laevum humerum clara obtinet: illa putatur
Vbera adhuc parvo lactenda dedisse Tonanti.
Hanc Iovis Oleniam Capram dixere ministri.
Verum haec est magno, atque illustri praedita signo,
Contra Haedi exiguum iaciunt mortalibus ignem
Aurigae in manibus. Cuius vestigia servans
Corniger est valido connixus corpore Taurus,
Quem non difficili ratione agnoscere possis.
Namque illum exornant externi haud indiga signi
Sidera, quae vivum caput olli utrinque figurant.
Inclita per totam spargentia lumina frontem.
Has Graeci stellas Hyadas vocitare suërunt.
Sed pes Aurigae dexter, cornuque sinistrum
Tauri uno igne micant, pariterque feruntur uterque;
At prior Auriga latum petit Oceanum Bos,
Quum tamen e placidis surgant simul aequoris undis.
Quin etiam Iasidae domus antiquissima Cephei
Aeru-

Cerca il cornuto ed isdraiato Toro.
Questi a lui posti son ben propri segni.
Tale a lui testa si distingue, e alcuno
Non argumenteria ad altro segno
Testa di bove, come lei le stesse
Stelle di quà di là formano torte;
E di quelle assai il nome si celebra,
Nè così sono innominate l' Iadi,
Che del Tauro gettate son su tutta
La fronte; il sommo del sinistro corno,
E dell' Auriga il destro piè, che è a lato,
Vna stella contiene, e in branco vanno.
Ma sempre il Tauro anticipa l' Auriga
A tramontar, quantunque insieme spunti.
Nè di Cefeo Iaside la stirpe
